



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XC. De Obsidione Castrorum Kunnigsberg, Cruceburgk & Bartenstein.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.

Hartmannus de Grunbach V. Mag. Provinc. Prusiae.

ginis, & vulnerantes ipsum graviter, aliqui in fugam conversi sunt, alii capti vel occisi.

CAP. LXXXIX.

De

Desolatione Castri Helisberg.

Non longè postea Prutheni cum tribus exercitibus & tribus Machinis & instrumentis aliis bellicis Castrum Helisberg Episcopi Warmiensis obsederunt. In quo obsecsti famē cogente CCL. equos & eorum cutes comederunt. Tandem deficientibus omnino victualibus, relicto Castro, secretē recesserunt usque ad Civitatem Elbingensem, ubi obsidum XII. Pruthenorum, quos secum duxerant, omnium eruerunt oculos & ad Parentes suos remiserunt.

CAP. XC.

De

Obsidione Castrorum Kunnigsberg, Cruceburg & Bartenstein.

Fili ergo Belial videntes, quod omnia succederent eis ad votum, cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam, iniuriam in excuso locuti sunt super populum tuum, Domine, cogitaverunt consilium adversus sanctos tuos, dixerunt: venite, disperdamus eos de gente, nec memoretur Israhel ultra. Ut ergo populum tuum, Domine, usque ad interacionem delerent, convenerunt, & Castra Kunnigsberg, Cruceburg & Bartenstein obsederunt. In circuitu cuiuslibet tria propugnacula firma & vallata pluri-

Bb 2

mis

Poppo de Osternia VI. Magister Gen. Ord. Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Provinc. in Prussia.

mis armigeris viris bellicosis, & in armis strenuis construxerunt.
Itaque non patebat aliqua via intrandi aut exeundi obseSSI:
Quot autem impugnationes, quot pericula, quot inedias,
quot defectus intolerabiles obseSSI fratres & alii in dictis Castris
sustinuerunt, nullus ad plenum sufficeret enarrare. Compulsi
enim fuerunt, postquam oves & boves, porcos & vaccas & e-
quos plures non haberent, comedere pelles eorum, summa ne-
cessitate ipsos ad talia perurgente. Tanta fuit in hoc cibo in-
consuetudo pellum duritia, ut multi fratres Comedentes eas den-
tibus sunt privati.

CAP. XCII.

De Fratre Helmerico Magistro terræ Prussia An. MCCLXII.

Father Helmericus terræ Prusciae Magister VI. præfuit III.
annis, & sepultus in Ecclesia Colmenfi. Hoc tempore præ-
fuit Marschalcus Terræ Prusciae Fr. Theodoricus vir in armis
strenuus & in Christo devotus.

CAP. XCII.

De Desolatione Castri Resela.

Fratres de Castro Resela audientes, quod Castra Kunnigs-
berg, Cruceburg & Bartenstein essent à Pruthenis obseSSI,
timuerunt valde & post multa consilia variosque tractatus habi-
tos Castrum in Cinerem redigentes, per occultas vias solitudi-
nis recesserunt, &c.

CAP.